



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De monstro, quod Bonnae de vno sepulcro exiuit, & aliud intravit, cap. 64.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

nea & facie pallida cōtra ipsos vltra sepē respexit. Quē cūm nihil loqueretur, & ancilla in aspectu eius horrerer, monstrum idem, possessionem Hugonis, quā proxima erat, adiens, vltra sepem illius prædicto modo respexit; deinde ad cœmiterium, de quo venerat, rediēs. Post paucos verò dies infans Guntheri maior infirmatus ait: Septimo die moriar, post alios dies septem morietur Dirina soror mea, deinde post hebdomadam morietur soror mea minor, q̄ ita factum est. Post mortē verò infantū mater & ancilla, de qua suprà dictum est, defunctæ sunt. Eodem tempore obiit Hugo miles & filius eius. Horum testis fidelis est Gerlacus Supprior noster.

C A P V T L X I V .

Simile contigit in Ecclesia Bonnensi. Tempore quodam, diētis vesperis, cūm scholares in ipso crepusculo ludos exercebant in Claustro, viderunt de uno sepulchrorum, in quibus canonici solent sepeliri, speciem quandam humanæ formæ egredi, quā super aliqua sepulchra deambulans, in quoddam sepulchru se dimisit. Post breve tempus mortuus est quidam canonicus, & in eodem tumulo, de quo fantasma illud egressū est, positi. Deinde, post paucos dies alter canonicus in eadē ecclesia moritur, & in loco ubi ingressū fuerat sepelitur. Christianus Bōnensis monachus noster eidē visioni intersuit. Huiusmodi visionibus quādoque futura præsignantur. **A POLLONIVS:** Secundum hæc quæ dicta sunt, beati quos Domin⁹ inuenierit vigilantes. **CÆSARIUS:** Occasione huius verbi referam quod nuper audiui.

C A P V T L X V .

DV m in Alna, domo ordinis nostri, diaconus legisset Euangeliū de confessorib⁹, scilicet Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester vēturus sit, eisdem cōpletis, quidam monachus in choro cecidit, & expirauit. Et timuerunt omnes, verborum Domini effectum cōsiderantes. Vnde fratres, quia nescimus qua hora Dominus noster vēturus sit, vigilemus fide, vigilemus & opere, vt cūm venerit, & per

*Vigilādū
Mat. 24.*